

**¶ Pars .VI.****¶ Ca. .IX.**

quia contra leges nature est. **Sexta causa.** Suggillatio culture sue ydolatrie veneris & priapi. Huiusmodi em̄ cōmixtiones in ampliatiō; huiusmodi ydolatrie fouebant homines perditōis. **B Septima causa:** vt ait quidaz erat. Ne hoies huiusmodi operibus contaminarentur eis imiscendo se animalia quippe diuersarū speciez rarissime & vix se inuicem occupiscūt nisi homo aliquid opere sue vel operis adhibeat ad appetitum huiusmodi scitandum. Hoc ergo indignum homine. valdeq; indecens ip̄m indicauit iste: & non immerito. videlicet q; homo aliqua operatione sua: appetitum huiusmodi concitaret: & cōmixtiō; procuraret. **Octaua causa.** Quia cōmixtio huiusmodi vix fieri potest: nisi conspectu hominū vnus aut plurium: per quem aut quos procuretur: vt diximus. Periculosus autē est aspectus huiusmodi: prouocatoriū em̄ est libidinis: similisq; nepharie commixtionis. **Et iste eedem cause:** fuerunt cause p̄hibitionis cōiunctionis huiusmodi animalium in aliquo ope sicut est illa prohibitio: non arabis in boue: simul & asino: q̄ legitur deut. xxij. Scito tñ: quia istas cōiunctiones animalium diuersorum ḡm in operibus suis faciebāt iuxta cōiunctiones planetarum: & quasoz alias constellationes: credentes ex hoc opera prosperari. Voluit ergo deus remouere vanitatem credulitatis istius a cordibus eorum: tanq̄ radicem ydolatrie: ne per eam creatore relicto: ad stellarum seruitia traherentur.

**¶ Cause prohibitionis: quare vir non debet vti veste feminea et econuerso.** **¶ Capitulū .IX.**

**Q**ause vero prohibitionis ne vir vteretur veste feminea vel econuerso: multe fuerunt. **Prima** fuit congruentia ipsius nature: videlicet. vt quos natura sexu discernēt et vestitus. **Secunda.** Vt oportunitas auferret turpitudinum latibulis. Possēt em̄ intrare vir ad mulierez sub bitu muliebri et econuerso sub habitu virili: mulier. **Ablata** est igit per hanc discretionem vestitus: multa oportunitas flagicis. **Tercia** exterminatio sacroz martis & veneris. In sacrificis sacris em̄ marti nō solum virili vestitu vestiebant mulieres: sed etiā armabant vt in ip̄is vestibus bellicis & armis: ipsum tanq̄ deum belli & victorie datorem colerent. **Et doctoz grecus** in libro maledicti onum: quez scripsit de stationib; ad cultum veneris: inter alia sacrilegia: & deo odibilia: precipit. vt qui nephandum ritum illū exercet: coronam femineā habeat in capite suo. **Eodem mō** in sacris veneris viri effeminabant. **Vide licet** in vestib; muliebribus: sacra veneris exercentes. **Per** huiusmodi sacrilegos ritus marti & veneri se placere credentes ac queretes. **Quarta causa**